Fragmentarium

Clm 29157 Ez 24,13 – 26,9.

nis prius donec quiescere faciam in
dignationem meam in te. Ego dns locu
tus sum. ueniet et faciam. non transe
am nec parcam nec placabor iuxta uias
tuas et iuxta adinuentiones tuas
iudicabo te dicit dns. Et factum est
uerbum dni ad me dicens. fili homi
nis. Ecce ego tollo a te desiderabi
le oculorum tuorum in plaga et
non plangis neque plorabis neque
fluent lacrimae tuae. Ingemesce
tacens mortuorum luctum non fa
cies. Corona tua circumligata sit tibi
et calciamenta tua erunt in pedi
bus tuis. Nec amictu ora uelabis
nec cibos lugentium comedes. Locu
tus sum ergo ad populum mane et
mortua est uxor mea uespere. fe
cique mane sicut praeceperat mihi.
Et dixit ad me populus quare non
indicas nobis quid ista significent
quae tu facis. Et dixi ad eos sermo
dni factus est ad me dicens. loquere
domui isrl. haec dicit dns ds. Ecce
ego polluam sanctuarium meum superbiam
imperii uestri et desiderabile oculo
rum uestrorum. Et super quo pauet
anima uestra et filii uestri et filiae uestrae
quas reliquistis gladio cadent et
facietis sicut feci. Ora amictu non
uelabitis et cibos lugentium non com
medetis. Coronas habebitis in ca
pitibus uestris et calciamenta in pe
dibus. Non plangetis neque flebitis

sed tabescetis in iniquitatibus uestris.
et unusquisque gemet ad fratrem suum.
Eritque hiezechiel uobis in portentum
iuxta omnia quae fecit facietis cum uene
rit istud. Et scietis quia ego dns ds.
et tu fili hominis. Ecce in die qua
tollam ab eis fortitudinem eorum et gau
dium dignitatis et desiderium oculorum
eorum. super quo requiescunt animae
eorum filios et filias eorum in die illa
cum uenerit fugiens ad te ut adnuntiet
tibi. In die inquam illa aperietur
os tuum cum eo qui fugit et loqueris et non
silebis ultra. Erisque eis in portentum
et scietis quia ego dns. Et factus est
sermo dni ad me dicens. fili hominis
pone faciem tuam contra filios am
mon et prophetabis de eis et dices filiis
ammon. Audite uerbum dni di.
haec dicit dns ds. pro eo quod dixisti euge
euge super sanctuarium meum quia pollu
tum est et super terram isrl quoniam desola
ta est et super domum iuda quoniam ducti sunt
in captiuitatem. Idcirco ego tradam
te filiis orientalibus in hereditatem.
Et collocabunt caulas suas in te et
ponent in te tentoria sua. ipsi comedent
fruges tuas. et ipsi bibent lac tuum. in habi
taculum camelorum. Et filios ammon
in cubile pecorum. Et scietis quia ego dns
ds. pro eo quod plausisti manu et percus
sisti pede. Et gauisa es ex toto affec
tu super terram isrl. Idcirco ecce ex[...]
dam manum meam super te et [illegible]ta

B STB MÜNCHEN

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29265(7, 9r – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-whvz/10120/73681)